

A. D. A. M.

XI.

M

Vetustam inque rem litterariam meritis insignem

**CLAVDERORVM**  
PROSAPIAM,Inueni ad maiorum laudes feliciter adspiranti,  
**CAROLO FRID. CLAVDERO.**

Altenburgensi,

A nobis propediem ad amoeniores GALENI Hortos abi-  
turo, in solidae virtutis exemplum proponit, insimulque**AD ORATIONEM eius VALEDICTORIAM,**

d. VII. April. A. R. S. cl 10 ccxvi.

gratioso et benigne audiendam,

Perillustres et Generofissimos Aulae Proceres,  
Excellentissimos Rei Scholasticae Inspectores,  
Venerandos rerum sacrarum Antistites, ceteros-  
que Musarum elegantiorum Patronos et Amicos,  
Qua par est et fieri potest humanitate,

inuitat

**CHRISTIANVS FRIDERICVS VVILISCH,**  
Illustris Gymnasii FRIDERICIANSI Director.

ALTENBURGI

Exscriptis Io. Ludov. Richter, Typogr. Aul.



**M**ichi quoque, patriam saepe, si locupletior et temporis et monumentorum daretur copia, historiam rimaturo, pergrata vel ob id ipsum est CLAVDERORVM memoria, quod olim iam altas egerit radices horum progenies, insita quippe antiquissimae huic PRINCIPVM Magnorum sedi, velut pingui ac fertilissimo solo, et ex VARISCA felici sidere ALTEBVRGVM translata, vnde in laetissimam quoque segetem sensim aduta, et velut geniculato doctrinae virtutisque erecta culmo, frugem deinceps fudit spicarum vberrimam. Vti autem aliarum rerum complurium, quae aetatem promittunt et ad amplitudinem aliquam excrescere videntur, sfernenda saepe et vilia admodum sunt primordia; sic duro quoque et leui admodum initio usq; fuit CLAVDERORVM prosapia, in amplissimos deinceps et fertiles satis difusa ramos. Nam si ab ultima origine eam velimus excutere, gentis suae cunabula debere eos competeremus moletrinae, \*) seu fullonicae, potius NEOSTADIO procul ad Oriram in VARISCA, quae per uulgati olim erat nominis, dicta per plures annos Clauders-Mühle. Huius postessor id temporis erat JO. CLAVDER, fullo non incelebris, qui ex ANNA SCHMIDIA, COBODENSI, progenuit filium a. 1541. JACOBVM CLAVDERVM, qui literarum studiis a matre dicatus, Pastor Ecclesiae MOSBACENSIS in patria sua, per LIV. annos fuit, dignus itaque, qui inter THEOLOGOS referatur SEMISAECVLARES, quos Theologus LVBECENSIVM primarius, et ob varia in Ecclesiam pariter ac rem litterariam merita eodem DEI beneficio dignissimus, D. GEORG. HENR. GOETZIUS, aliique laudabili satis conatu collegerunt. Hoc patre, matre vero ELISABETHA DIETSCHIA, CALENSI, prognatus ibidem est d. XXVII. Aug. a. C. 1586. M. JOSEPHVS CLAVDER, Poeta Christianus, celebre admodum in orbe eruditorum nomen adeptus. Hic cum ex domestica institutione ad medium Janum abire et mercaturae operam suam dicare admoneretur, matris praesertim suffragio et instinctu eo adigebatur, vt si vel in minimo tantum pago\*\*) scholam moderandi fors eum contingere aliquando, Musarum tamen castra constantius sequeretur. Cui pro eo, ac par erat, obsecutus, lusit deinceps in memoriam matris piissimae saepius his verbis:

Ecce

\*) Sic et alii viri erudit et Theologi in primis clarissimi moletrini fascias debuerunt et crepundia, patresque habuerunt molitoris. D. Sam. Pomarus, Superint. zu Lübeck, hat selbst von seinem geringen Geschlechte in der ersten Lüdzigs-Predigt zu Berlin anno 1653 gehalten, dieses aufgeschrieben: Ich bin nicht reicher wohlabend Leute Kind, ich bin nicht eines vornehmen Doctor oder Professorn Sohn, die mich durch ihr stattliches Ver mögen, und unansteckende Aufsicht beim Studieren gehalten, sondern mein lieber Vater ist ein armer Zimmermann und Müller in der Schleise, welches ich Gott zu Liebe und zu Spott und Leiden allzeit betene. Und haben mir meine liebe Eltern fast keinen, oder gar kleinen Vor schub zu meinem bisherigen Studieren thun können, sondern Gott selber hat mich geführet, und bisz bisher gebracht. Tales quoque natales habuit nobilis par fratrū, Michael Emmerlingius, Rector priuam tilecensis, post Superintendens Generalis Comitatus Mansfeldensis & Daniel Emmerlingius, priuam Scholae Annae Bergensis Con-Rektor, post eiusdem Ecclesias Archi-Diaconus qui patre molitore prope Oygeam Iherant nat. Eandem fortunam expertus est Georg. Mylius, Theologus olim incomparabilis, qui auum habuit molitorem, Is. Geringum, cuius posteris, hodienni forentibus, ex aucto officio nomen Myliorum adhaesit. Pertinet etiam huc Dan. Wulfers, Pastor Ecclesiae olim Norbergensis celebratiss. inter molarum streptus itidem prognatus.

\*\*) Ita enim aliquando pater ad filium. Wieb du ber der Schule, und wenn du nur so viel lerrest, dass du mit der Zeit ein Dorff Schutmeister würdest. Eadem ferme ad Valent. Friedlandum Trocedorfum, Rectorem olim Goldbergensis Scholae in Silesia Celleberr, mater dixisse fertur. cum filium dimitteret in scholam: Liebet Sohn, wieb ja bey der Schule. Sic intia utraque mater formanda olim iugentui dicitur filios.

Ecce! piae Matris valeant quid vota precesque!  
Vrbis ego geminae Ludimagiſter eram.

Quare et SCHLAIZAE a M. JVSTO SCHELHAMMERO, et Neostadii, a M. MICHAELI PHARETRATO, Scholarum Rectoribus, litteris ad humanitatem et bonos mores probe imbutus, VITEMBERGAM demigravit anno aetatis vigesimo, ibique per septem annos studiis litterarum operatus, ornatusque supra sapientum laurea ab ERASMO SCHMIDIO, Decano istius ordinis tum temporis celeberrimo, primum NEOSTADIENSIS a. 1613. Con-Rector, vnicoduntaxat anno post a. 1614. Scholae ALTENBURGENSIS Rector vnamini Procerum consensu vocatus fuit. Quo eodem anno poetica quoque laurea cinctus est praeter omnem spem et opinionem a BARTHOL. BILOVIO, Com. Pal. Cum autem satis aerumnarum inter scholarum carceres deuorasset, indefesso tamen studio et inuidenda propemodum felicitate per XIX. annos munere suo defunctus, ex minoribus, quas Scholas dixit B. BALDVINVS, in maiores euectus Ecclesias, et a. 1633. Diaconus primum, post a. 1651. Archi-Diaconus Ecclesiae ALTENBURGENSIS solenni formula constitutus fuit, et inter furibundos ea tempestate bellorum strepitus multas perpersus calamitates.\*). Diu tandem vertigine luctatus, succubuit et placidissime expirauit d. V. Octobr. a. 1653. postquam scholis viginti annos totidemque Ecclesiis impenderat, aetatis vero annum LXVII, vix supergrefsus. Ingenii foetus, quos peperit feliciter, hic non vacat recensere, quippe cum animus potius est, prolixi felicitatem, qua adhuc celebratur, fusius paulo hic delineare. Nam cum in tori vitaque societatem a. 1614. adsciuisset BARBARAM, M. MICHAELIS(\*\*) NEANDRI, Archi-Diaconi NEOSTADIENSIS filiam, decem liberorum parens factus est felicissimus, quorum filii quatuor totidemque filiae parenti fuerunt superstites, et sunt: 1.) IUSTINA, M. MICHAELI CRELLO, (\*\*\*) CRIBITSCHENSIS primum, post TREBENSIS Ecclesiae Pastori, denique Ecclesiastae ALTENBURGENSI: 2.) ROSINA, GODOFREDO SCHEIDIO, Organoedo Aulico: 3.) SABINA, M. ZACHARIAE MULLERO, Archi-Diacono BORNENSI, et post huius obitum MICHAELI KILIANO, Pastori PRISNICENS: 4.) ELISABETHA, IACOBO GRELERO, Diacono SCHMOELLENSI, feliciter nuptae. Filii vero, nominis paterni heredes, sunt hi:

D. Chri-

\*). De quibus et hic legi merentur, quae in funebre eius concione reperiuntur: Es ist manninglich bekannt, was für Gefahr mehrgedachter Herr M. Clauer seel. die 40. Jäh über bey hiesiger Stadt ausgestanden, theils in grossen Tiefen-Nöthen, als, anderer zu geschriven, da in die 220. Menschen durch eine schärfste Pestilenz weggenommen wurden, und er, samt denen Einigen, nie ausgewichen: theils zu Kriegs-Zeiten, als 1634. da er am Tage Galli, bei plötzlichen Feindseligen Einfall einer kaiserlichen Partie, aus großer Furcht und Schrecken für denen nachjagenden Tyrannen, mit höchster Gefahr, über die Stadt Mauer sich hinab gelassen, aufs Feld escitet, und mit denen Händen am Pferd gebunden, wieder herein geführet worden, und nachdem er vier Peinigern, wie sie deprehensio begehrte, sich, wegen allbereiterer literarischer Planierung, nis ransionieren können, habe selbige ihm, für dem Altar in der Brüderlichen niedernehnend, bald den Kopf abgeschnitten, bald in seiner Studier-Suiten aufzubrennen wollen, und sonst dermaßen traktiert, daß ein bloßer Dogen, und siemlich starker Stab aufs seinem Rücken, item ein gewirneter Indianer Hund, dieser Strick, darmit er vorher bis aufs Blut wind gereitet, an seinem Haupte gesprungen. Welche grausame Mutter, ob schon ethische Stunden gewahret, dennoch ihm seine Schmerzen verursachet, darum er auch seinem lieben Gott sonderlich, wenn der Tag Galli wieder kommen, für so thane wunderliche Erquickung und Errettung oft und viel gepreiset.

(\*\*). Alius erat Michael Neander, primus Nordbusanus, vt et deinceps Scholae Rector, †. a. 1595. cui propinquitate aliqua annexus videtur Ioh. Neander, Rector primum Zwittaviensis, post Noriburuani, den. um a. 1550. Geslaensis. Inter Correctores etiam Scholae Altenburgensis resertur M. Nicol. Neander, a. 1574.

(\*\*\*). Huius prima vxor erat Regna, D. Henr. Ecardis, Ducat. Altenburg. Superint. General. ex qua genitus ipsi fuit M. Henr. Crell, Superintendens Ecclesiarum Neostadiensium ad Ericias, qui mortuus a. 1671. aetar. 36. ex Christian. Magdalena, Ludovici Brunnii, Superint. Saalfeldensis filia, filium inter alios reliquit hodie in Academia Lips. est/celeberrimum D. Ludovicum Christianum Crellium, S.S. Theolog. Lic. Prof. Pub. et Scholae Nicolait. Reuarem, quem Deus barentem ex yoto seruit.

D. Christian. Ernest. Clauder, Phylius Ordin. Cygnus, ex Maria Magdalena, Christia- ni Schlegelii, sub Cygni, filia,

Io. Christ. Clauder, Med. Cand.

I. JOSEPHVS CLAVDER, Archiater Altenburgensis, ex *Regina*, D. Laurentii Moenio, Archiat. Altenburg, filia

D. Frider. Guil. Clauder, Med. Pract. Altenb. ex Mar. Elisabetha Gabrielis

D. Gabriel Frider. Clauder, Med. Pract. Altenburg.

L. Sal Aug. Clauder, Advocat. Aul. Altenb. ex *Regina Maria*, D. Io. Arnold. Friderici, Med. P.P. Jen. filia et D. Io. Christopher. Sagittarii, Superint. Gener. Altenb. nepte,

Io. Augustus Clauder,

Reu. Min. Cand.

Christian. Frid. Clauder,

J. V. Cand.

Carolus Frid. Clauder,

Academ. Cand.

II. D. IACOBVS CLAVDER, primum *Lucenensis* Eccles. Pastor et Ephoriae Altenburgensis Adiunctus, post Superint. *Deliciannus*, † 1669. aet. 52. ex *Anna Barbara*, D. Io. Hulsemanni, P.P. et Superint. *Lipsiensis*, filia

Io. Iacobus clauder, Episcopat. Numburg. Synd.

Io. Georg. Clauder, Past. Zorbigen.

Io. Martinus Clauder, †

Io. Ernest. Clauder, Stud. SS. Th. T

Io. Joseph. Clauder, Concionat.

Aul. Darmstadt.

Israel Clauder, posthumus, Theol.

D. et Sup. Gieffen.

Io. Sophia, vxor Georg. Nahrendorfii, Ser. Duc. Sax. Mersburg,

a Secretis.

III. M. ISRAEL CLAVDER, Hist. Poet. et Eloq. Prof. Publ. in Ill. Gymnasio Coburg.

IV. D. GABRIEL CLAVDER, Toparcha Schebeschvitzii, Sceni. Elect. et Duc. Sax. Goth. Archiat. et Collegii Curios. Theleus primus, ex *Regina Elisabetha*, *Victorini Gruner*, Cam. et Feud. Secret.

D. Io. Christian. Clauder, Toparcha Schebeschvitzii et Pract. Med. Altenb.

Plura, quae suppetunt, scribere hic supersedeo, cum et chartae spatio excludor, huic materiae destinato, et festinatione, qua vrgetur calamus, in praesens prohibeo. Quare gratiam modo et benevolentiam auscultandi exoraturus iuueni, in ornamentum, si vtetur ingenii felicitate, et de-  
cuss CLAVERIAE stirpis prognato,

CAROLO FRIDERICO CLAVDERO,

de Rebellibus Scotti breuiter in ultimi speciminis vicem et grati animi tesseram dicturo, hoc saltim addo, hoecque consilio a nobis dimitto CLAVERVM nostrum, vt, quantum conniti animo potest, quantum labore contendere, tantum faciat, vt non maiorum gloria, sed virtute sua se inuoluat, et verae, non fucatae, pietatis studio pergatire, qua coepit, via: Nam *Philosophia*, ex mente *Socrate* nostrae, *flamma non inspit*: *Socrates non fuit Patrius*: *nemo in nostram gloriam vixit*: *animus facit nobilem*. Quare latius est, prout habet *Cicer*, me rebas meis gesfis florete, quam majorum opinione niti, et ita viuere, vt ego sim posteris meis nobilitatis initium. Nam turpe et visu iet dictu esse videtur *Socrati*, (αἰχμή τοις μεν γεράσις ἀποτελεῖται τοι καὶ τοῖς ζωῶν, τοι δὲ πάραδει μηδέποτε στρατεύεται τοιούτου) si pictores effingunt et delineant id, quod pulchrum est in animantibus et decorum, liberi vero non imitantur parentum praestantian. Cum autem non paruum mitandae maiorum industriae et virtutis expectationem nobis fecerit CLAVERVS hic, spem solum eximiam, fore vt surculus, ex tam clara propullans stirpe, tandem fiat arbor, que ne lerpat multiplici lapsu et erratico, aut siluescat farmentis, et in omnes partes aut alienas messe nimia fundatur, sed succo diuini Solis et Patronorum calore in spem patriae augelcat, et maturata deinceps dulcescat laetus in piae Matris solitum, multasque diffundat fruges, omnes mecum et spe-  
rant certissime et Deum exorant. Quo nomine et publice pro abituri felicitate vota facient com-  
militones eius, et nobis et ipsi, dilectissimi,

CHRISTIANVS ALBRECHT Am ENDE, Graffenhayn. Saxo, et

HENRICVS CHRISTIAN. EHRLICH, Altenburgensis,

finitime insuper cum CLAVDERO suo perfravi, id quod de *Juri prudentiae studio* Frid. Jacobus Leirkers in Not. ad Vitam *Antonii Gustini* Jst. p. 133, dixit, sine humanioribus litteris genninam *Juri prudentiae imaginem*, singulariisque *Constitutionum* sen-  
sum plenius esse sequi, esse aquam tundere in mortorio: id ipsum et de *Medicina vere* dixisse *Sempromum*, prout sibi finit  
nomen, *Gracchum* in Medico hui, sec. p. 89. *Medicinam sine humanioribus aggredi velle*, esse aquam tundere in mortorio. P.P.  
Die secundo Hebdomadis Magnae, A. R. S. clo. la cxxvi.

MC.

A. D. A. M.

XI.

Vetus tam inque rem litterariam meritis insignem

# CLAVDERORVM

PROSAPIAM,

maiorum laudes feliciter adspiranti,  
**FRID. CLAVDERO.**

Altenburgensi,

ad amoeniores GALENI Hortos abi-  
 e virtutis exemplum proponit, insimulque  
 NEM eius VALEDICTORIAM,

VII. April. A. R. S. cl. Io ccxvi.

ratiose et benigne audiendam,

Generofissimos Aulae Proceres,  
 mos Rei Scholasticae Inspectores,  
 rum sacrarum Antiftites, ceteros-  
 elegantiorum Patronos et Amicos,  
 par est et fieri potest humanitate,

inuitat

**VVS FRIDERICVS VVILISCH,**  
 gymnaſi FRIDERICI ANI Director.

ALTBURGI

et Io. Ludov. Richter, Typogr. Aul.



Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
	19									

90